TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0468**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

MSS = autografo —

Poesie latine del Sig.r Tom.o Orca di Udine
1793 — 94.

468

NB: In raccolte poetiche si trovano componimenti di Giov.° Orsa cittadino di Udine.

Ad Hermanum Barnaba (*)

ex congregatione Clericorum Regularium de Somascha ~~ex Regularium Congregatione de Somascha~~

Ad Revd.um Joanem Scala (Utinensem)
Prademani Parocum Runi –
Thomas Ora –

Natalis redeunt jam nunc solemnia Festa,
Festa memor orbis, quæ colit orbis ovans.
Tunc ego nova petam, Pastor dilectissime noster,
Ad nutum veniam non piger ipse tui.
Sic me, dum sacra verba dabis, populusque vicissim
Poplite curvato stabit ab ore tuo,
Sancta Fides firmet, sic me Jesu inclyta Mater
Protegat, incertas nec sinat esse preces.
Utini die 23. Xbris 1793 –

Ad eundem –

Parva placent magnis, animus si dona sequatur;
Sic me Doctores, sic docuere Patres.
Neve igitur sperne oblati munuscula Pisci,
Ex iis, crede mihi, pignora amoris habes.
Datum Rure Prademani 22. Martii 1794 –

(*) Dilettante di Fisica – tentò la navigazione aerea, era cognito al Prof Astronomo Santini di [illegible]

NB: In Eac
componimen
di Udine.

Ad eundem Reverendiss.mo Joannem Scala –

Ut tuus in varijs bene floreat hortulus herbis,
Mittimus ecce tibi semina danda solo.
Surgat olus precor, et fecundis imbribus auctum
Cultori reddat dulcia dona suo –

Utini die 26. Martij 1794 –

Ad Hermanum Barnaba (*)

Ex congregatione Clericorum Regularium de Somascha ~~[illegible]~~

ahum

(*) Dilettante di Fisica - tentò la navigazione aerea, era cognito al Prof. Astronomo Santini di P[illegible]

N.B. In Ea
componime
di Udine.

Curioso cuidam postulanti cur Auctor
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ cum Conjuge non dormiat.
~~[illegible]~~ Auctor ipse
~~[illegible]~~ respondet.

Scire cupis thalamo quod non jungamur in uno?
Causa patet nimium; sponsus uterque senex.
In gelido detrectat amor requiescere lecto,
Denegat amplexus Cypria Diva suos.
Sic tu, dum rugis veniet male visa senectus,
Exacti flebis gaudia prima tori.

In Catellam
surculo vaccino subjectam.

Ne pereat, vivatque diu formosa catella
Expertum medici sensit et illa manum.
Sic fueris placitura magis, sic oscula circum
Pendebis dominæ carior ipsa tuæ.

Ad Hermanum Barnaba (*)

de congregatione clericorum Regularium de Somascha ~~[illegible]~~

Cuidam patri ad ortum primogeniti
amicus integer dono dedit vasa
aliquot elegantissimi meri vulgo Refosco.
De vita migravit interim primogenitus. Mox enim
filius alter Placidus graviter ægrotans, ac prope
defunctus repetitam sibi derepente sanitatem ex
ipso mero gavisus est.

Pater loquitur.

Vas mihi dulce meri, primus dum nascitur infans,
Ætate consors donat amica manus.
Primus obit, jam jamque foves tu Placide functus,
Illud ni biberes, care puelle, merum.

Ad quemdam
pilosos calceos portantem

Ingredior cellam, pedibusque astare putabam
Ursum, nam facies condita prorsus erat.
Pertimui, fugique celer, retroque vocatus
Non ursum vidi, sed mihi crede virum.

(*) Dilettante di Fisica - tentò la navigazione aerea, era cognito al Prof. Astronomo Santini di Pa[dova]

NB: In Ca

componime

di Udine.

Ad Hermanum Barnaba (*)

De congregatione Clericorum Regularium de Somasche ~~ex Regularium congregatione de Somasca~~

Ad Revd.m Josephum Dunulo
Klujus Uhrensis S. Petri Parochialis Ecclesiæ
Parochum optime meritum

Thomas Orza

Quod mihi donasti capos, bene Amice, tumentes, (superbos.)
Debetur, fateor, gratia multa tibi.
Ter grates igitur solvam, cupiamque quotannis,
Ut felix redeat, consimilisque dies.
Nec vellem credas, quin ne pirus ullus edendi
Excitet ad tantas applicuisse preces.
At pereat quicumque dolos, falsumque revolvit,
Appetit alterius vel sceleratus opes.
~~Sic tibi, sic validæ durantia tempora vitæ~~
~~Auguror, et longa commoditate frui.~~

Sic tibi, sic merito durantes auguror annos,
Et possis longa commoditate frui.

Die 12. Januarij 1794. Uhni.

(*) Dilettante di Fisica. Studiò la navigazione aerea, era cognito al Prof Astronomo Santini di P

NB. – Que la
composition
se lise.

Ad Hermanum Barnaba (*)

Ex congregatione Clericorum Regularium de Somascha ~~ex Regularium Congregatione de Somascha~~

Thomas Ora –

Sit tibi firma salus: valeant haec omina prima,
Omina amicitiae non reticenda tuae.
Quod magis exoptas, et tu, bone amice, mereris,
Auguror ut felix sors eat ore tuo.
Nos alios hinc ad cantus: mea Musa recusat
Otia, sit senior, vel licet ipsa levis.
Rumpe moras igitur, citharamque aptemus eburnam,
Docta tuo, Hermane, carmina fonte scatent.
Pierides puerum te dilexere, tibique
Risit ab Aoniis pulcher Apollo jugis.
Plus quia te virtus ornat, tollitque vicissim,
Tam magis in nostro pectore crescit amor.
Sed mihi dic age, quid facias? num blanda Parthenem
Oscula, et, unde sedes, Rura beata placent?
O cari colles, sylvaeque, et amoena vireta,
Lapsus ut in vestro demorier gremio!
» Illic laeta quies, et nescia fallere vita,
Quam cecinit quondam dives et ipse Maro.

(*) Dilettante di Fisica – Studiò la navigazione aerea, era cognito al Prof. Astronomo Santini di [illegible]

Ast me (sic fera fata volunt) urbisque tumultus,
    Clamosique Fori cura molesta tenent.
Dii meliora ferant; ego vos, bona numina, Fauni,
    Te cultor nemorum, te precor alma Ceres;
Vos facite ut Ruris jucunda silentia tandem
    Consequar: in vestros me juvat esse sinus.
Tunc, o grata dies! Lateri contentus amico
    Invisam lucos religione sacros.
Aspiciam gravidis flaventes messibus agros,
    Et quanta autumnus palmite dona parat.
Nec deerint nostris aliquot solatia votis,
    Longa serenato dum micat axe dies.
Pictas componens voces ego fallere visco
    Aggrediar Turdos, insidiisque novis:
Tu timidos canibus Lepores, jaculoque fatigans
    Clatus præda regrediere domum.
Multa dein repetes, sociisque affaberis ipsis,
    Quod fuerit votis fausta Diana tuis.

Nec

Nec satis hoc; addes: Quę sunt bibenda quotannis,
Ista Thomę sinto munera terna mei.
Munera ego accipiam gratus, Leporesque peremptos,
Queis epulas inter mensa suavis erit.
Conviviis aderunt nostris fidissima Conjux,
[redacted]cis Conjux, Filiolęque meę.
Vos Famuli gestate Merum, gestate Falernum;
Hanc libet in strepitu concelebrare diem.
Pocula bina mihi date: Tu de vertice celso,
Si digna exposco, feste Lyęe veni.
Evohe, Bacche, veni: geminetur gloria Bacchi,
Te sine nostra gravis corpora torpor habet.
Aspice quam variis dapibus hęc Prandia fument,
Ut Leporum primò dulcior esca sapit.
Hoc opus, hicque mei labor est, si nescis, amici;
Venandi studio profuit apta manus.
Prosit at oblongos vellem hęc industria in annos,
Annuus ut socio vetribiatur honos.

Plura nimis cecini non delectante Camęna,
Qualis avis ~~[illegible]~~ crocitat non bene visa Jovi. (a)
Parce senescenti, Hermane; nec vita virescit:
Nil mihi, nil culpę; prima juventa ruit.
Tu vero, siquidem vis, et constantia nostrę
Novit amicitię, neve minora [redacted] negas,
Oro, sis memor usque mei, patriaeq; et ultro,
Ipse tuis figam basia pressa genis.

(a) Cornix -

A Sua Reverenza Ill.ma Ill.ma Rev.da Col.ma
Il P.e D.n Ermano Barnaba
Chierico Regolare della Congregazione
di Somasca —

N.B.: Il Padre Ermanno Barnaba di Bessa fu Prof.e di Fisica a Venezia e si dilettava di esperimenti d'areonautica ecc.